



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Contenta in hoc Libello. Erasmi Roterodami Epistola, ad  
illustriss. Principe[m] ac Duce[m] Saxoniae &c.  
Fridericu[m]**

**Erasmus, Desiderius**

**[Leipzig], [1519]**

**VD16 E 2831**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32424**



positiones de indulgentiis  
 Secundo de penitentia  
 Resolutiones Disputationum de indulgentiis  
 Ein Cerimon von dem ablass  
 Verlegung & sigels binden den  
 Ein prebiter Martinus  
 ala Galustre prioratus con  
 Responsio Martinij ad dialogum  
 scriptura Galustre  
 Acta Martinij Augusti  
 Disputatio Etkij & ipud  
 Disputatio & responsio  
 Oratio de peccatis  
 De ratione disputandi  
 Fratrum septa ad dnm  
 Resolutio sup  
 Alia resolutio de ead  
 Resolutioes sup  
 Oratio lo longij  
 Disputatio prima Etkij &  
 ad vabru p notandos  
 Disputatio secunda  
 Disputatio tertia  
 Epistola philippi Melancthonis  
 Excursus Etkij con  
 Defensio philippi con  
 Concertatio Guacini &  
 Epistola Emperij in  
 Ad excommunicationem  
 De venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis  
De re coratibus Nulli Wittenbergae &  
Nemini. Lipsiae & alia quaedam  
Contra malignum Jo. Eckii Auditorium  
Ad Jo. Eckii Epistolam Martini super expurgatione  
Appellatio Martini Lutheri  
Appellatio praesens

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, *Lex. Katalog* 328.

## Contenta in hoc Libello.

Erasmi Roterodami Epistola, ad illustriſs.  
Principē ac Ducē Saxoniae &c. Fridericū.  
Positiones Ioannis Eckij, scholasticae.  
Positiones Martini Lutherij, theologiae.  
Cōcluſiōes Andreae Caroloſtadij, theologiae.  
AD LECTOREM.

Habes hic, Lector optime, ad illustriſs, Saxon,  
ducē, Rom; imp, electorem, FRIDERICVM  
prudētiffimum principē, ERASMI ROTE  
RODAMI prudētiffimi ſcriptoris Epistolā.  
Qua vir ille, vere Theologus, benigniffimo  
ſtudiorū Meccenati, primū literas meliores, ea-  
rumq; profefſores cōmendat. Deinde, MAR-  
TINI LVTHERII cauſam paucis attingēs,  
in re ſcrupuloſa ſic verſatur, vt nec temeritatē  
in pronūciando, nec prauaricationē in patro-  
cinādo, calumniari poſſis. Qua parte, mirabe-  
ris Eraſmici ſtili popularē libertatem. Porro,  
LVTHERIANA cauſa, quorū ſum ſit euafu-  
ra, forſan patebit ex euentu ſcholasticae diſputa-  
tionis. Quā Lipſiae viceſima ſeptima mēſis Iu-  
nij die fore, iādudū inter partes cōuenit. Quiſ-  
quis ergo rari cōſlictus ſpectator eſſe cupis, fac  
hospes in tempore adſis. Bene vale.

ILLVSTRISS, PRINCIPI FRIDERICO, DVCI  
Saxonix, sacri Imperij electori, ERASMVS  
cellitudini tuæ addictiss. salutē ac foelicitatē.

Illustriss. Princeps, tamen mihi nunq̄ contigit, illustriss. cellitudinē tuam intueri corā, aut alloqui: quod ego sane, non in minima infœlicitatis meæ parte numero: tamē inflā matus omniū prædicatione: miro consensu, cum eximias dotes tuas, vel summo dignas imperio, tum mirificū quēdam animū erga bonas literas prouehendas, laudibus vehentiū, atq; in me quoq; peculiariter et eximie propensum: ausus sum Cæsariū vitas per me recognitas, tuo dicere nosmini. nil aliud venans, aut captans a sublimitate tua, nisi vt ei disciplinarū optimarū studia reddere cōmendatiora. ali quoq; pacto testarer, me tanti principis vltroneo fauori, mutuo quodā amore respondere. Porro, quo minus volu men ad te miserim e Basilea: nam illic opus excusum est: in causa fuit, quod cū iter esset ingens: id enī temporis agebas Vuittenbergæ: nō dabatur certus quispiā, cui tuto cōmitti posset. Mox vero visum est superuacaneū, mittere librum, qui nusq; gentium nō esset euulgatus. Libuit tamē interim, hasce literas, velut exploratrices, mittere. quarum indicio cognoscā, grata ne fuerit nostra sedulitas, an secus. Si parū foelicitate cessit audacia, dabitur opera, vt qd̄ hic admissum est errore, alias sartiatur. Neq; dubito, quin singularis illa tua, & nulli nō prædicata clemētia, culpā eā facile cōdonatur sit, animo sedulo certe, propensoq;. Cui, si iudiciū defuit, studiū nō defuit demerendi magnitudinē tuā. Sin bene cessit quod ausi sumus, nō aliud officij præmiū poscimus, nisi vt pergas fauere melioribus literis, iam passim per nostrā Germaniā efflorescētibus. Atq; hanc quoq; laudis partem tuis asserere, quæ fortassis non minus dignitatis sit allatura, vel patriæ, vel principibus, quā hactenus peperit

111

bellicæ rei gloria. Ea fœlicitas nobis continget, si & princîp  
pû benignitas fouebit optimarû literarû professores, ac iu  
uenû ingenia, quæ spem nō vulgare de se præbere vident.  
& autoritas aduersus *μαρομαναρια* istos, ac veteris inscitia  
tyrannidē, omni armorû vi pertinacissime tuentes, sit nos  
bis præsidio. Quid enī nō moliūtur hōstes deuoti bonorû  
studiorû? quas nō technas? quas nō Sycophantias? quas  
nō insidias cōminiscūtur? quibus nō cuniculis conant ob  
reperere? quas nō admouent machinas? quæ non tela in nos  
torquēt lætali veneno tinctā. quæ cōspiratio? quā arcum  
inter istos fœdus ad cōfligādas literas? quas, quia pueri nō  
didicerant, pudet senes discere. quod minori pene opera  
discere potuerint, quā impugnāt. Quā hic cōcordes sunt,  
qui nusq̄ cōsentiūt, nisi ad lædendū? quā hic habēt ingeniū,  
ad meliora stupidi? quā hic vigilant, ad bene merendum  
oscitabūdi? Prodiere nuper lucubrationes aliquot MAR  
TINI LVTHERII, simulq; rumor allatus est, hominē  
supra modū grauari autoritate Reuerendiss. Cardinalis  
sancti Sixti, qui apud Sueuos, Romani Pōtificis agit lega  
tum. Vt hic protinus exilierūt? vt gestierūt? vt gansi sunt?  
occasionē? vt ipsis visum est: maxime optandā esse datā,  
lædendi bonas literas? Nam: iuxta græcorû prouerbiū: im  
probis, præter occasionē, nihil deest. quæ videlicet nocēdi  
facultatē præbeat ijs, quibus adest perpetua nocēdi volun  
tas. Cōtinuo sacræ apud populū contiones, scholæ. cōcilia  
bula, conuiuia, nihil aliud crepabāt, quam hæreses & anti  
christos. Atq; huic tam odioſo negotio, præsertim apud  
mulierculas, & indoctā plebeculā, miscuerūt homines cal  
lidi, triūlinguarū, eloquentiæ, politiorisq; literaturæ men  
tionē. quasi, aut LVTHERIVS his præsijs fideret, aut  
ex hisce fontibus hæreses nascerent. Hæc impudentia plus  
quā sycophantica, cū optimis quibusq; displiceret, tum vt  
bellū inuentum probabatur quibusdam, qui se Theologiæ

A ij



antesignanos, & christianaē religionis colūnas existimāt. Et vide, quā studio cæci, nostris blādimur vicijꝰ atrocem cōtumeliā, immo facinus hæresi proximū ducimus, si qꝰ Theologū Rabulā: quales sunt nō pauci: pro Theologo ματαίολογον nominet. Ipsi nobis ignoscimꝰ, si apud frequētem populū, hæreticū & antichristū vocamus, cuicumqꝰ succēsemus. LV THERIVS mihi tā ignotus est, quā cui ignotissimus. vt suspectus esse nō queā, quasi faueā amico. Huius lucubrationes, nec tueri meū est, nec improbare. vt quas hæctenꝰ nō legerim, nisi carptim. Certe, vitā hominis nemo qui nouit, nō probat. quæ, cū lōgissime absit ab omni suspitōe auaritiæ atqꝰ ambitiois: & morū inocētia vel apud ethnicos fauorē inuenit: quā nō cōgruit mansuetudini theologicaē protinus, ac ne perlecto quidē libro, tam immaniter debacchari in nomē ac famā probi viri? Idqꝰ apud imperitā plebeculā, quæ prorsus caret iudicio. præsertim, cū ille disputanda propoluerit: cū omniū iudicio sese submiserit, quorū oportuit, & quorū nō oportuit. Nemo monuit, nemo docuit, nemo reuocit, tamē vociferāt hæreticū: seditioſis clamoribꝰ ad lapides prouocāt. Dicas eos sitire sanguinē humanum, non salutē animarum. Quo inuisius est hæreseos nomē auribus christianis, hoc minus cōmittendum est, vt temere in quēqꝰ impingatur. Nō statim quiuis error hæresis est. Neqꝰ protinus hæreticū est, quicqꝰ huic aut illi displicet. Neqꝰ semper fidei negotiū agunt, qui prætexunt huiusmodi splēdidos titulos. Immo, plæriqꝰ suū agūt negotiū, vel quæstui suo consulentes, vel tyrānidi. quū præcipiti lædēdi studio, sæpe criminētur in alio, qd' ipsi domi pbat. Deniqꝰ, cū tot sint neoterici ac veteres scriptores, neqꝰ horū adhuc quisqꝰ receptus sit, in cuiꝰ libris nō fateant inesse periculosos errores. Cur reliquos taciti placatiqꝰ legimus, in vnum aut alterum, tam atrociter sæuimus? Si veritati patrocīnamur, cur nō ex æquo offendit vbicumqꝰ reperitur.

quod veritati repugnat? Sāctissima res est fidei religionisq;  
sinceritatē tueri, sed sceleratissima res est, prætextu defen-  
dendæ fidei, nostris seruire cupiditatibus. Si quicquid in  
scholis receptum est, oraculum haberi volunt, cur inter se  
scholæ dissentiunt? cur scholastici doctores inter se pug-  
nant ac digladiantur? Immo, cur in eadem **SORBONA**  
theologus a theologo dissentit? Immo, per paucos reperie-  
as qui consentiant, nisi conspirarint. Ad hæc, non raro des-  
prehenduntur damnare in recentium libris, quod in Aus-  
gustino, aut Gersone non damnant: quasi veritas cum au-  
thore mutetur. Eos quibus fauēt, sic legunt, vt omnia tor-  
quentes, nihil non excusent. quibus infensi sunt, sic legunt,  
vt nihil non calumnientur. Optima christianismi pars est,  
vita Christo digna. Quæ cum suppetit, nō debet esse faci-  
lis hæreseos suspitio. Nūc quidam noua comminiscuntur  
fundamenta: sic enim vocant: hoc est, nouas leges cōdunt,  
per quas docent, hæreticū esse, quicquid nō placet. Quis  
quis alterum hæreseos accusat, ipse præstare debet mores  
Christiano dignos. charitatem in admonendo. lenitatem  
in corripiendo. candorem in iudicādo. lenitudinem in pro-  
nunciando. Cum nemo nostrum careat erratis, cur alienos  
lapsus tam inclementer insectamur? cur malumus vincere,  
quā mederi? cur opprimere, quā docere? At ille, qui so-  
lus omnium, omni caruit errore, non cōminuit baculum cō-  
fractum, nec extinguit lignum fumigans. Augustinus de  
Donatistis plusq; hæreticis agens, non vult eos cogi, sed tã-  
tum doceri. Et ab horum ceruicibus, magistratuū gladios  
depellit, quorū sicis ipse quotidie impetebatur. Nos, quo-  
rum proprium est munus docere, cogere malumus, quia  
facilius. Hæc illustris. dux, eo scribo liberius, quo minus  
ad me pertinet causa **LVTHERIANA**. Cæterum, vt tuæ  
cellitudinis est, Christianam religionem pietate tua prote-  
gere: ita prudentiæ est, non committere, vt quisq; innocēs,

te iusticiæ præside, sub prætextu pietatis aliquorū impieta-  
ti dedatur. Vult idem Leo pontifex cui nihil magis est cor-  
di, quā vt tuta sit innocētia. Pater vocari gaudet nec amat  
eos, qui sub ipsius vmbra tyrannidē exercent. Neq; quisq;  
magis paret animo pontificis, quam is, qui quod æquiss-  
imum est, exequitur. Quid istic de LVTHERIO sentiāt,  
nescio. Certe hic video libros eius, ab optimis quibusq; les-  
gi. Quāq; mihi nōdum vacauit euoluere. Bene valeat ea-  
dem tua celsitudo quam nobis diu incolumem florētemq;  
seruet Christus optimus, maximus. Antuerpiæ xvij. Cas-  
lend. Maias. Anno a Christo incarnato M. D. xix.

### **Contra f. Luther & D. Bodenstein;**

in Lipsensi studio has disputabit positiōes Eckius,  
xxvij. Iunij. M. D. xix.

- i. Neq; dictis sacrae scripturae, aut sanctis patribus, Augusti-  
no et alijs concordat, D. & magistrum nostrū Iesum Chris-  
tum dicendo, pœnitentiam agite, voluisse omnē fidelium  
vitam esse pœnitentiam. vnde & de sacramentali pœnitētia  
illud verbum idonee potest intelligi,
- ii. Et si peccata venialia sint quotidiana, tamen iustū seme-  
per peccare in omni opere bono, etiam bene moriendo, ne-  
gamus. Sicut erroneum dicimus, iustum, manente iusticia,  
peccare posse mortaliter, aut in puero: post baptismū: alie-  
næ voluntatis peccatum remanere,
- iii. Astringentem pœnitentiā nō recte inchoari a detestatione  
peccatorū, recogitando grauitatē peccati & pena. et quod  
faciat magis peccatorem, tanquā Euangelio et sanctis pa-  
tribus contrarium, non dicimus audiendum,
- iiii. Dicere, deum remittendo culpam, remittere pœnam: &  
non cōmutare in pœnā aliquā temporalē satisfactoriā, per  
canones & sacerdotis iniūctionē, i parte vel toto declaratā,  
vt sacrae scripturae, & vsui ecclesiae repugnās, existimamus,

Quelibet sacerdotē: nullo praelato dempto: suo subdito  
petēti, posse remittere, aut debere, pœnas & culpas: ita, qđ  
praelat⁹ nō plenarie absoluēs a pœna & culpa, peccet: velut  
vlti sanctæ matris ecclesiæ aduersum, nō acceptamus. v.

Animas in purgatorio non satisfacere pro peccatorum  
pœnis, a quorū culpis absolutæ, hic nō satisfecerunt: repu-  
tamus erroneū. sicut non est sine errore, qui non credit deū  
a morituro requirere aliam, quam mortis pœnam. vi.

Errat, qui liberum arbitriū hominis, negat dominum  
actuū hominis: ex eo, quia ipm habeat se actiue ad malum,  
ad bonū vero tantū passiuē. sicut nō est sine errore, qui fidē  
quolibet crimine corrūpi, cōtra scholast. existimat. nec sine  
maximo errore, qui nulla cōtritionis habita ratione, in so-  
la fide, quem absolui, procaciter prædicat. vii.

Ex imperfectione charitatis vel fidei, in anima mortui,  
fieri horrorem & quasi desperationem, quibus in purgato-  
rio afficiantur et quod illū horrorem ex timore mortis in-  
currant, quo quasi inuiti moriantur, non recipimus: quia  
veritati & rationi contrarium. viii.

Animas in purgatorio mereri maiorē gratiam: aut eorū  
præmia minui, si alienis meritis liberentur: aut non esse cer-  
tas de salute: aut suffragia nostra nolle: vt fidei nostræ &  
omni rationi aduersa, negamus. ix.

Meritum passionis Christi, non esse thesaurum Eccle-  
siæ, ex quo dentur indulgentiæ: quia veritati & apostoli-  
cis decretis obuians: negamus. sicut clauēs esse thesaurum  
ecclesiæ, imperitissimū opinamur. Meritis quoq; sanctorū  
nos adiuuari pie credimus. x.

Dicere, indulgentias nō expedire, est error. dicere item,  
indulgentias esse vicium aliquod operis, quo ipsum minus  
valeat, error est pessimus. Quare & hunc errare sentimus,  
qui dicit, se teneri improbare indulgentias, quia dominus  
dicat: ppter me deleo iniquitates, nō ppter pecunias. xi.

xij. Pāpam non posse remittere pœnam, pro peccato debita, per indulgētiās, error. Immo, erroneum est, eum non posse absoluerē a pœnis animas in purgatorio existentes. Omniū autem maxime nō recipimus, quod morituri, infirmi, legitime impediti, non crimina publica habētes, indulgentijs non egeant.

xij. Romanam Ecclesiā nō fuisse superiorem alijs ecclesijs ante tēpora Syluestri, negamus. Sed eū, qui sedē beatissimi Petri habuit & fidem, successorem Petri & vicariū Christi generalē semp agnouimus. Cōtraxim⁹ quo ad fieri pōt, ppositiōes, & has paucas accepim⁹, & q̄ alia ab his pēdeāt.

### **Cōtra nouos et veteres errores: defendet Martin⁹ Luther⁹, has positiōes seq̄ntes, i studio Lipsiū.**

i. Cotidie peccat omnis homo, sed & cotidie pœnitet: docente Christo: Pœnitentiā agite. Excepto vno nouo quod dā iusto, qui pœnitētia nō indiget. cum etiā palmites fructiferos cotidie purget agricola cœlestis.

ij. In bono peccare hominem. & peccatum veniale, nō natura sua, sed dei misericordia solū esse tale. aut in puero post baptismum peccatum remanens, negare hoc est, Paulum et Christum semel conculcare.

iiij. Qui opus bonū aut pœnitentiā, a peccatorū detestatiōe, ante dilectionē iusticiæ incipi, nec in eo peccari, asserit hūc inter Pelagianos hæreticos numeramus. Sed & contra sacrum suū Aristotelem desipere, probamus.

iiij. Deus mutat pœnā æternā in tēporalē, scilicet crucis portandæ cuius Canones aut sacerdotes, nec statuendæ, nec auferendæ, habent vllā potestatem. quanq̄ id ab adulatoribus noxijs seducti, præsumere possint.

v. Quilibet sacerdos debet absoluerē pœnitētē a pœna & culpa, aut peccat. æque peccat superior prælatus, si occulta sine causa reseruat rationabilissima quantūlibet vsus Ecclesiæ, id est, adulatorum, resistit.

Fortē satisfaciunt animæ in purgatorio pro peccatis. **vi.**  
Sed quod deus a morituro plus, q̄ voluntariam mortem  
requirat, vanissima temeritate asseritur quia nullis modis  
potest probari.

Neq; quid fides, neq; quid contritio, neq; quid liberum  
arbitrium sit, ostendit se nosse qui lib, arb, actuum, siue bo **vij.**  
norum, siue malorum dominum esse balbutit aut non sola  
fide verbi, quem iustificari aut fidem nō tolli quolibet cri-  
mine, somniat.

Veritati & rationi contrarium est quidē, inuite morien- **vij.**  
tes, deficere in charitate: ideoq; pati horrorem purgatorij  
modo veritas & ratio sit idē, quod opinio Theologistarū.

Animas in purgatorio esse certas de salute sua, nec gra- **ix.**  
tiam in eis augeri, scimus a theologis asseri sed miramur  
doctissimos viros, quod huius fidei suæ rationē, nec stultæ  
verisimilem, reddere possunt.

Meritū Christi esse thesaurum Ecclesiæ, & sanctorum **x.**  
meritis iuuari, certum est. Esse autem thesaurum indulgen-  
tiarū, nemo, nisi fœdus adulator, extrauagantes a veritate,  
et fictæ quædā Ecclesiæ praxes aut vsus, simulant.

Dicere, indulgētias esse bonum Christiano, est insanire. **xi.**  
sunt enim verissime operis boni viciū. et improbare indul-  
gētias debet Christianus, ob abusum quia dñs dicit: Prop-  
ter me deleo iniquitates tuas, nō propter pecunias.

Papam posse remittere omnē poenā pro peccatis debi- **xij.**  
tam, huius & futuræ vitæ et quod indulgentiæ profint nō  
criminosis, somniant secure indoctissimi sophistæ, & pesti-  
feri adultores nō tamē vel nutu possunt ostendere.

Romanam Ecclesiam esse omnibus alijs superiorem, **xij.**  
probat ex frigidis, Ro, Pont. decretis, intra cccc annos  
natis contra quæ sunt, historiæ approbatæ Mcc annorū,  
textus scripturæ diuinæ, et decretum Niceni Concilij, om-  
nium sacratissimi.

Subscriptas Conclusiones, Andreas Caroloftadius, ad-  
uersus dominū Ioannem Eckium defendet Lipsiæ,  
die xxvij. Junij. M. D. XIX.

- i. Cū D. Ioan. inficiat omnē oīm fideiū vitā, esse pœnitētīā,  
aut pœnitudinē indigam, Iudæus est, sub Christiana pelle.  
occlamās, si iustus dei filius est, descēdat de Cruce. nescitq;  
hanc vitam, diem crucis perferendā.
- ii. Paralogizat itidem sic. Vita fidelium, nō exprimit pœni-  
tentiā sacramentum, ergo non pœnitentiā.  
Ut dñi Ioannis eliciatur scientia, sustinebitur & hæc.
- iii. Omnis fideiū vita habet pœnitentiā sacramentalē. quā  
cōiecturalibus circumstancijs ex Cypriano & Bernhar-  
do sum affecutus.
- iiii. Dominus Ioānes mirū ducit, quod de pœnitētia pœpta,  
me transtulerim, ad pœnitentiā, quæ flagella & pœnas patitur,  
sed nō miratur pœnitentē prophetā, in flagella & do-  
lores paratū. nec sese, ignorantem sese.
- v. Dñs Ioan. Oēs iustos pœnitere audacter negans, negat  
quod confitetur ecclesia. est quoq; anathemate percussus,  
asseuerās iustos viæ, nō esse peccatores proprie. Excōmu-  
nicatus autem quomodo ecclesiam defendet?
- vi. Minuta peccata sunt vera, pœnitēda, & dolēda peccata.
- vii. Omne peccatū minutū, quod homo nō iudicat, est dam-  
nabile. ideoq; non sufficit dissensus, sed accedere iudicium  
oportet, quā quis sint delicta, propter quæ scribitur. Delicta  
quis intelligit. Item, Delicta mea ostende mihi.
- viii. Peccata cotidiana, quorū nec oris in terra veritas, nec  
compensatione debitorum fit remissio, mortalia sunt. Ad  
stupeum pensum sophistarū, haud stupefiam.
- ix. Dñs Ioānes, scholastica dogmata quadringentis annis  
disputata, cōtra antiquiorē veritatē pducens, nouū ius cō-  
suetudinis & præscriptionis adinuenit, haud priori sæculo  
cognitū. videlicet, qd, & errores, & pœtā possunt p̄scribi.

Cauete vobis ideo patres antiquis. & tu Augustine, quod Donatistas falsis rationibus, non vicistis, sed illaqueastis. hic est nouus ille tutor, qui noua tutela defendit ecclesiam. in qua, licet sint doctis, ipse tamen defensor doctior.

Deinde, Prophetæ, Apostoli, & tu Christe Saluator, caute, quod improprietate sermonis vestri, eo subiecti sumus, quod in quolibet opere bono, nos peccare putamus. x.

Liberum arbitrium ante gratiam per spiritum sanctum infusam, nihil valet, nisi ad peccandum. hoc autem terrenum non credit impostor meus. quomodo crederet, si dicerem celestia? xi.

Immo voluntas nostra, quæ non regitur a diuina voluntate, tanto citius appropinquat iniquitati, quanto acrius intendit actioni. xii.

Dñs Ioan. cum sua maxima suorum disputatorum, potest facere quod in se est. id est, obicem & impedimentum ad gratiam tollere. hoc est, lapideum cor emollire: contra Ezechielem, & iam prædictam conclusionem Ambrosii. xiii.

Dñs Io. non videtur, quomodo bonum opus sit totum a deo, & dei opus, adhuc scripturam, per velamen Moysi legit & accipit. xiiii.

Postremo, nemo non intelligit eruditionem D. Ioan. in Theologia, quæ fecit (nescio quot) centones in Chrysostomo suo de prædestinatione. & inficiatur auctoritates de prædestinatione, pertinere posse ad opera coronanda. xv.

D. Ioan. Bern. dicentem. Tolle liberum arbitrium et non est quod saluet, contra me citans, probaturus liberum arbitrium esse potentis. legit quod, pro quo. & satis demonstrat, quanto iudicio Ecclesiasticos peruidet. facit autem se omnibus studiosis suspectum deprauatorem. xvi.

D. Io. dicens, salutem ita in canonibus consistere, si quispiam ex liberi arbitrii facultate fecerit quæ iubent, Iudaizat. & sectando legem iusticiæ, suam iusticiam constituit. xvii.


Originem tam iustæ pugne, in Defensione nostra aduersus D. Ioannem ædita, spectare licet.





outa  
is,  
na  
onh  
id  
tra  
ele  
die  
re  
ve  
&  
ter  
ers  
tā  
ter  
ire  
ro  
cū  
ca  
ter  
di  
fa  
die  
la  
cle  
tis  
ert  
te  
  
or  
irs









Th  
6116